

—an teneatur dominum adjuvare contra Regem, sicuti licet fieri vassallis, n. 13 l. 10 tit. 25 part. 4. — an teneatur adjuvare, vel saltem defendere dominum suum injustè pugnantes, n. 5 et 4 l. 5 tit. 26 part. 4. — si mutando domini sui mandatum receperit rem commodatam à commodatario, si res pereat, cui tale debeat imputari, an domino, an verò commodatario, et quando, n. 5 l. 4 tit. 2 part. 5. — infirmus an debeat habere salarium integrum, et cujus expensis curari debeat, n. 4 l. 7 tit. 2 part. 7. — an et quando dominum suum accusare possit, n. 5 l. 6 per illum text. tit. 2 part. 5, n. 18, 19 et 20 l. 2 per text. ibi, tit. 1 part. 7. — qualiter dominum suum defendere teneatur, n. 4 l. 16 per text. ibi, tit. 8 part. 7. — Et quid si famulus sit minor 14 annorum, ibidem n. 7. — Famulus si delinquat, an pro ejus delicto dominus teneatur, et quando, num. 5 l. 4 per illum text. tit. 15 part. 7. — si domino aliquid furatus sit, an et quando actione furti conveniri possit, n. 5, 4 et 6 l. 17 tit. 14 part. 7. — si ad domini mandatum damnus dederit, quis ad emendam teneatur, n. 2 l. 5 tit. 15 part. 7. — si immittat ignem in domum conductam ab aliquo, an ipse vel ejus dominus teneatur, n. 4 l. 11 ibi. — alicujus si aliquid per fenestram projiciendo damnus dederit, ejus dominus tenebitur, poterit tamen dominus, quod pro illo solvit, recuperare, n. 5 l. 25 t. 15 p. 7. — an possit dominum suum turpiter inventum cum uxore sua occidere, num. 6 et 7 l. 15 t. 17 p. 7. — alicujus si dominam carnaliter cognoscat, qualiter puniatur, n. 7 et 8 l. 15 tit. 17 part. 7. — Et famuli potestatis, si delinquant gravius ceteris puniendi sunt, n. 4 l. 2 tit. 28 part. 7. — Famuli quando veniant torquendi contra dominum, gloss l. 7 per text. ibi, t. 50 p. 7.

FATIUS an possit facere testamentum, n. 5 l. 15 t. 1 part. 5. — Et in quo differat ab stulto, ibidem.

FACTORES, de hoc vide in verbo *OPEM PRÆSTANS*, et in verbo *AUXILIATOR*, et verbo *RECEPTORES*.

FÆDUS matrimonii dicitur nexus divinus, quod inducitur per matrimonialem copulam, n. 5 l. 5 t. 2 p. 4.

FÆMINÆ omnes possunt ubi voluerint sibi eligere sepulturas, n. 5 l. 5 tit. 15 part. 2. — an succedant in jure patronatus, n. 4 l. 8 tit. 15 part. 1. — an et quando teneantur ire ad bellum, et an teneantur ad custodiam civitatis tempore belli, n. 4 l. 5 tit. 19 part. 2. — an succedant in feudis, n. 7 l. 68 tit. 18 part. 5. — an succedant in emphyteusi recepta pro filiis, et descendentiibus, n. 4 l. 69 tit. 18 part. 5. — an comprehendantur, quando indistinctè fit mentio de linea descendentiū, vel an masculi tantum, n. 4 l. 2 tit. 6 part. 4. — an comprehendantur, quando in dispositione fit mentio descendentiibus ex linea, sive per lineam masculinam, si ipsa à masculo descendat, et an tunc ex linea masculina esse dicatur, dic. n. 4 l. 2 tit. 6 part. 4. — Et quid si testator utatur aliis terminis simpliciter, vocando lineam virorum, an tunc fœminæ comprehendantur, ibidem in fin. — Fœmina qualiter inspicienda sit, quando allegat viri sui impotentiam, n. 9 l. 9 tit. 8 part. 4. — si dederit licentiam viro, ut intret religionem, an ipsa propter hoc tacitè continentiam vovere videatur, n. 5 l. 2 t. 10 p. 4. — potest habere quasi castrense peculium ex donatione

Principis, n. 9 l. 7 tit. 17 part. 4. — Fœminæ, et an in eis depositum fieri possit, n. 2 l. 5 tit. 5. part. 5. — an possint esse executrices testamentorum, n. 4 in fin. l. 2. tit. 10 part. 6. — Fœmina in quam deveniunt bona majoriæ, an possint illa alienare ex aliqua causa, n. 4 in quæs. 5 l. 6 tit. 11 part. 6. — Fœminæ, et an quando in majoriis masculos excludant, vel non; et quid in dubio vocatis filiis; et alia plura in hoc, et an statutum excludens fœminas sit odiosum, vel non, et alia circa fœminarum exclusionem vide per num. 2 l. 5 tit. 15 part. 6, et n. 2 l. 12 tit. 53 part. 7. — succedunt in emphyteusim informiter concessam, sicuti masculi, dict. n. 2. — in majoriis semper censetur vocatæ in defectum masculorum existentium in eodem gradu, ibidem. — Fœmina, quæ ad majoriam vocatur ea conditione, ut cum aliquo de genere suo matrimonium contrahat, ut familia et nomen testatoris conservetur, si contrahat cum extraneo, qui omnia ista facit, et nomen assumit, an majoria privetur, dict. n. 2 quæs. 15 l. 5 tit. 15 part. 6. — Et an masculus ex filia excludat patrum, quando in successione majoriæ fœminæ exclusæ fuerunt, ibi quæs. 18. — Fœminæ an excludantur in successione majoriæ per filium masculinum natum ex fœmina, quando à conditore majoriæ fuerunt fœminæ exclusæ stantibus masculis, dict. n. 2 quæs. t. 19 dict. l. 5 tit. 15 part. 6. — an à conditore majoriæ videantur exclusæ, si testator semper vocavit masculos, et quando, ibi quæs. 21. — quando sunt in pari gradu cum masculis, ab ipsis in majoriis semper excluduntur, in dict. quæs. 21. — semel à masculis exclusæ à successione majoriæ, an perpetuo exclusæ videantur, vel temporaliter, ibidem in quæs. 25. — Fœmina quæ legitimo jure in majoriam successit, an excludatur per masculi supervenientiam, dic. num. 2. quæs. 25 dict. l. 5 tit. 15 part. 6. — Fœminæ si sunt exclusæ in una parte, seu gradu majoriæ, an videantur exclusæ etiam in aliis gradibus, et vocationibus factis in eadem majoria, ibi in quæs. 26. — si sint per testatorem exclusæ à majoria propter masculos, an possint in eadem succedere virtute rescripti Principis fœminis datum, ut ipsæ et non masculi succedant, dict. n. 2 quæs. 28 dic. l. 5 tit. 15 part. 6. — Et an tunc bona deveniant in eum, quem Princeps vult, jure majoriæ, vel qualiter, ibi. — Fœminæ quam ætatem habere debeant, ut propter earum delictum veniant puniendæ, n. 5, 6 et 7 l. 9 per text. ibi, tit. 4 part. 7. — si contra naturam agant, et luxurientur, qualiter puniantur, n. 4 in proœmio, tit. 21 part. 7. — Fœmina majora vulnera patitur, quàm masculus, et quando masculus et fœmina sunt torquendi simul, an ab ipsa prius, quàm masculo incipiendum sit, n. 2 l. 5 tit. 50 part. 7. — De hoc, vide alia in verbo *MULIER*.

FENESTRA, an possit in proprio pariete fieri, si exinde videantur secreta vicini, et an illam socius invicto socio facere possit in pariete communi, n. 4 l. 2 t. 54 p. 3.

FENERATORES tenentur excutere pannos sibi pignoratatos debitorum suorum à tineis, n. 2 l. 12 per text. ibi, tit. 8 part. 5. — Vide in verbo *CREDITORES*.

FERÆ inebriantur odore vini, si tempore vindemiæ intraverint vineas, n. 7 l. 2 tit. 5 part. 2. — si in laqueis

incidant, et exinde alius eas acceperit, an et quando faciet eas suas, n. 5 l. 21 tit. 28 part. 5. — quando dicentur non habere consuetudinem redeundi, quare dominus possessionem earum amittat, n. 5 l. 25 tit. 28 part. 5. — Alia de hoc vide in verbo *BESTIÆ*.

FERIÆ tantum habent locum in judiciis, non in extrajudicialibus, et in judiciis non semper feriæ servantur, n. 2 l. 53 tit. 2 part. 5. — Et de istis feriis, v. n. 5 cum sequentibus tam illius l. quàm aliarum ibidem. — Et an partes possint renuntiare feriis introductis in honorem Dei, n. 7 l. 54 ibidem. — Et an possit tolli per statutum, ibidem. — Feriæ messium, an servantur in regalibus auditoriis, et quare, n. 2 l. 57 tit. 2 part. 5. — Et quid si jus partis pereat, an feriæ debeant expectari, et quales, n. 5 l. 58 ibidem. — Et in feriis matrimonium contrahi non debet, n. 5 et 4 per text. ibi, l. 18 tit. 2 part. 4. — Et quando durent, dict. n. 9. — Feriæ in locis consuetis fieri debent, et ab alio, quàm Imperatore, vel Rege non possunt concedi, n. 4 l. 5 tit. 7 part. 5. — omnes censentur prohibiti, nisi reperiantur et demonstrentur permissæ, ibidem. — Et an idem sit in mercatis, et quando, ibi. n. 2. — Feriæ no dicuntur ubi nulla est franquitia, n. 2 et 4 dict. l. 5. — Et an banniti et Mauri possint venire ad nundinas, n. 2 et 5 l. 4 ibidem.

FERMENTUM non sufficit ad faciendam consecrationem Corporis Domini, num. 4 l. 52 tit. 4 part. 1.

FERIÆ proprie dicitur cum ferro, et etiam sine ferro, n. 9 l. 6 per text. ibi, tit. 15 part. 2.

FESTIVITAS, vide supra in verbo *ACCELERATIO*.

FESTIVITATES qualiter sint observandæ, gloss. l. 2 t. 25 part. 1. — an possint de novo introduci per rectorem loci et decuriones ipsius, n. 4 l. 56 tit. 2 part. 5.

FESTINE AGERE dicitur res commendabilis, debet tamen esse post consilium, num. 2 l. 8 tit. 5 part. 2.

FÆTUS animalium, an si bonæ fidei possessoris, si conceptus fuit fœtus penes furem, n. 4 l. 59 tit. 28 p. 5. — an dicantur fructus naturales, vel industriales, dict. n. 4 in fin. — vacca, vel equa, vel alterius pecudis, an possit usucapi per bonæ fidei possessorem, si penes eum fuit editus, licet conceptus penes furem, n. 2 l. 5 tit. 29 part. 5. — Et in fœtu animalium edito penes bonæ fidei possessorem usucapio non est necessaria, ibidem in num. 5.

FEUDATARIUS coram domino feudi in casu feudali est conveniendus, judice ordinario excluso, etiamsi talis feudatarius clericus sit, n. 4 l. 57 tit. 6 part. 1. — rem sibi in feudum datam vendere non potest, et curare debet, ne veniat ad manus inimicorum, n. 4 l. 68 tit. 18 p. 5. — qua forma debeat de feudo investiri, et an debeat juramentum fidelitatis præcedere investituræ, ibidem in n. 21. — an habeat incrementum alluvionis, tam latentis, quàm patentis, n. 2 l. 50 tit. 28 part. 5. — assimilatur emphyteutæ, et valet argumentum de uno ad alium, dict. n. 2 dict. l. 50. — qui fundum cum animalibus recepit, si animalia moriantur, vel deteriorentur, an finito feudo debeat reddi earum æstimatio, vel deterioratio, n. 2 l. 21 tit. 11, et n. 4 l. 1 tit. 26 part. 4. — an possit feudum, quem obstat, dimittere, quando velit, vel non velit, n. 5 l. 7 tit. 25 part. 4. — dominum antiquum

offendere non poterit, n. 2 l. 8 tit. 25 part. 4. — an feudo privari possit, si illud domino placuerit, cum causa, vel sine ea, n. 5 l. 9 tit. 25 part. 4. — dominum adjuvare tenetur etiam contra Regem, quando ejus dominus injustè, et sine causæ expressione fuit à Rege extra regnum expulsus, et quid in domesticis suis, n. 41 et 15 l. 10 tit. 25 part. 4. — licet promittat servitium extraneum à natura feudi, valet tamen, et ab eo servari debet, n. 6 l. 2 tit. 26 part. 4. — qualiter juramentum fidelitatis facere debeat, et an illud per procuratorem facere possit, n. 5 l. 4 per text. ibi, tit. 26 part. 4. — ad quod debitum teneatur, quando ex conventionione juramentum illi fuit remissum; et quid si et tunc ille juramentum præstat, cum ad illud non teneretur, si contraveniat, an incidat in perjurium, ibidem. — specialiter jurare debet, quando servitia specialia, et certæ conventioniones intervenerunt; et an fidelitatem jurare debeat, quando sunt servitia limitata, n. 4 dict. l. 4 tit. 26 part. 4. — qui fundum conditionatum, et sic ad rectum servitium recepit, an teneatur ad alium servitium ultra expressum, et an teneatur ad ea, quæ veniunt sub juramento fidelitatis, n. 4 l. 5 tit. 26 part. 4. — non tenetur adjuvare dominum præstantem injustè, et hoc quando clarè constat de ejus injustitia, secus si adsit dubitatio, quia istud dubium vassallus judicare non debet, sed indistinctè tunc dominum adjuvare tenetur, n. 5 dict. l. 5 tit. 26 part. 4. — an teneatur dominum suum defendere, si sciat et cognoscat ipsius injustitiam, et alterius adversarii sui justitiam, n. 4 dict. l. 5. — Feudatarii an omnes fidelitatem præstare teneantur, n. 5 l. 6 tit. 26 part. 4. — Et quid si unus noluerit juramentum fidelitatis præstare, an propter ipsius culpam alii à domino privari possint, in dict. n. 5 dict. l. 6. — Feudatarius an possit deservire per substitutum, quando ipse de jure in feudo succedere non potest, n. 8 l. 6 ibi. — si impedimentum illi supervenerit, per quod servitium præstare non possit, an ex feudo substentari debeat, et quando, dict. n. 8 et ibi, vide n. 10. — an feudum amittat, eo ipso quod est Religionem ingressus, etiamsi intra annum exierit, ibidem in n. 11. — si fiat clericus, an per hoc feudum amittat, n. 12 ibi. — Et an ascendentes feudatariorum in feudis descendentiū succedere possint in defectum descendentiū, n. 4 l. 7 per text. ibi, tit. 26 part. 4. — Feudatarius ex pluribus causis feudum amittere potest, et an ex accusatione, si illam non probet, n. 5 cum sequent. l. 8 tit. 26 part. 4, et gloss. l. 9 ibidem. — Et quid si revelavit secreta domini, vel fuerit advocatus adversæ partis, n. 4 dict. l. 8. — Et an feudo privari possit per solam manus elevationem contra illum, si illam in eum non iniecit, ibi n. 10. — Et quid si faciat dominum vulnerari per alium, ibi in fine. — Feudatarius an feudo privari possit, si dominum propter debitum incarcerationum à carcere non extraxit de sua pecunia, ibidem in n. 12. — an feudo privari possit, si occidat filium, nepotem, vel fratrem domini sui, num. 4 l. 9 per text. ibi, tit. 26 part. 6. — Et an idem sit si proditoriè vassallus occidat aliquem extraneum, vel fratrem suum, ibidem. — Feudatarius si fuerit leno, et consentiat ut alius cum uxore domini commisceatur, an propter hoc feu-



dum amittat, ibi num. 4.—an amittat feudum, si concubuit cum matre vel sorore domini in propria domo domini manente, dict. n. 4.—an feudum vendere possit, et an possit se componere cum tyranno, qui res feudales possidet, n. 1 l. 10 tit. 26 part. 4.—si alienet totum feudum, vel partem ipsius, propter hoc amittet illud, vel saltem amittit partem alienatam, n. 2 l. 10 per text. ibi, tit. 26 part. 4.—si cum domino litiget, etiam in tangentibus feudum, an tunc etiam hodie valeat cognoscere iudex ordinarius, vel ipse dominus feudi, vel pares curiæ, n. 1, 2 et 3 l. 11 ibi.—i sit clericus, et de feudo controversia orta sit inter ipsum et dominum, an tunc pares curiæ legitimi iudices sint, vel non, n. 3 l. 11 tit. 26 part. 4.—an feudum amittat, si propter sui culpam factus fuit inutilis ad eum, n. 7 l. 3 tit. 1 part. 5.—ignoranter vendens feudum illo non privatur, sed ei restitui debet, n. 4 ad fin. l. 9 tit. 2 part. 5.—Et an emptor feudi possit et tunc illud retinere sibi, quousque sibi per venditorem fuerit de interesse satisfactum, ibi.—Feudatarius vendens rem domini feudalem sine consensu domini, non tenetur eam tradere, n. 1 in fin. l. 19 tit. 5 part. 5.—per quæ verba excusetur à pœna caducitatis, si feudum vendiderit irrequisito domino, n. 3 quæst. 6 l. 29 tit. 28 part. 5.—si committat delictum propter quod veniat feudo privandus, tunc illud ad ejus dominum revertitur, n. 10 l. 2 tit. 2 part. 6.—si feudo per dominum expellatur, qualiter dominus puniatur, et quid è contra, n. 2 l. 16 tit. 40 part. 7.

FEUDALES RES an dicantur res mobiles existentes in fundo feudali, vel fructus rei feudalis, n. 4 l. 1 tit. 26 part. 4.

FEUDUM habet instar et similitudinem servitutis, n. 2 l. 23 tit. 13 part. 2.—Feuda utrum sint approbata ab Imperatoribus, n. 2 ad fin. l. 7 tit. 2 part. 1.—ecclesiæ alienari non possunt de licentia legati à Latere, qui in hoc nihil statuere potest, n. 2 l. 25 tit. 9 part. 1.—Feudum simpliciter receptum intelligitur pro se et filiis masculis, licet de hæredibus nullam faciat mentionem, n. 4 l. 68 tit. 18 part. 5.—Et quid si in receptione feudi nihil de hæredibus dictum sit, ibidem in n. 5.—Et an in feudo succedant spurii, ibidem in n. 6.—Et an fœminæ succedant in eo, ibidem in n. 7.—Feudum alicui datum, an in concessione veniat jurisdictio, si de ea nihil dicatur, n. 8 l. 68 tit. 18 part. 5.—datur ob causam, et non dicitur pura donatio, n. 8 in fin. dict. l. 68 tit. 18 part. 5.—villæ alicui concessum, an montes sylvestres ibidem comprehendantur, et quid in locationibus, n. 10 ibi.—Et in successione feudi appellatione hæredis intelligitur de filio masculino, n. 14 dict. l. 68.—Feudum vendi semper prohibetur, nisi de consensu domini, n. 15 dict. l. 68.—Et an in bonis feudalibus habeat locum summaria cognitio, quando quæstio status filio movetur, cum patri succedere velit, n. 4 l. 7 t. 22 part. 5.—Feudum datum alicui de fundo aliquo cum animalibus ibidem existentibus, si animalia moriantur, vel deteriorentur, an finito feudo debeat reddi earum æstimatio, vel deterioratio, n. 2 l. 21 tit. 11, et n. 4 l. 1 t. 26 part. 4.—Feudo privatur vassallus, qui uxorem vel concubinam domini carnaliter cognovit, n. 2 in

procemio, tit. 14 part. 4.—Et an legitimatus succedat in feudo, n. 11 l. 4 tit. 15 part. 4.—Feudum an pertineat ad filios adoptivos, aliis deficientibus, n. 1 in procemio tit. 16 part. 4.—Et an contractus feudi, seu vassallagii, sit à novis, vel veteribus Imperatoribus adinventum, gloss. in procem. tit. 25 part. 4, et n. 1 l. 1 tit. 26 part. 4.—Et qualiter, et quibus modis vassallus teneatur servire domino, n. 2 l. 6 per text. ibi, t. 25 part. 4.—Et qualiter, et in quibus vassalli propter feudum, quem habent, à dominis onerari gravarique possint, dict. n. 2.—Et an idem sit dicendum in vassallis burgensibus, vel aliis subditis ratione jurisdictionis tantum, ut ad ista onera teneantur, ibidem.—Feudum an possit dimitti per feudatarium, quandocumque voluerit, et quando non, n. 5 l. 7 tit. 25 part. 4.—an debeat renuntiari in manibus domini, quando vassallus dominum deserere intendit, n. 8 dict. l. 7 per text. ibi.—licet à feudatario renuntietur, non tamen ille dominum antiquum offendere poterit, n. 2 l. 8 ibi.—soldatæ est ita personalissimum, ut non transeat ad hæredes dantis, neque accipientis, n. 1 l. 9 ibidem.—amittit vassallus eo ipso, quod servitium, quo domino promissit, præstare nolit, n. 4 l. 9 tit. 25 part. 4.—Et quid si vassallus feudum dimittat; an possit domini jurisdictionem declinare pro præteritis, et futuris, ibi.—Feudum non tollitur, nisi quando vassallus convincitur ex culpa digna privatione feudi, ibidem in n. 5.—an videatur dari in domini favorem, vel in favorem vassalli, dict. n. 5.—an licet per dominum revocari possit, invito vassallo, et quando non, ibid.—Et quando ratione feudi, vassallus dominum juvare debeat, etiam contra Regem, n. 11 l. 10 tit. 25 part. 4.—Feudum qualiter diffiniatur, n. 1 l. 1 per text. ibi, tit. 26 part. 4.—Et contractus iste fuit olim Populo Romano incognitus, qui servitatem personarum sapit, n. 1.—Feudum debet dari liberè, et gratis, sine interventu pecuniæ, et quantitate, et tunc propriè dicitur feudum, aliàs erit contractus emphyteuticus, vel innominatus, ibi n. 2.—non potest constitui, nisi in rebus soli, vel solo coherentibus, aut in his, quæ inter immobilia computantur, ibi n. 4.—an et quando consistere possit in annuis redditibus, et quando in incorporalibus, dict. n. 4 l. 1 tit. 26 part. 4.—an consistat in fructibus rei feudalis à solo separatis, vel in rebus mobilibus existentibus in fundo feudali, vel in castro, et an tales res dicantur feudales, vel non, n. 4 ibi.—cameræ quod sit, et an dominus possit illum revocare quando velit, n. 6 dict. l. 1 per text. ibi, t. 26 part. 4.—Et an vassallus, qui à Rege tale feudum recepit, possit cogere dantem, ut ei assignet possessiones ex quibus taxatam quantitatem percipere possit, ibid.—Feudum datum advocato ratione advocacionis, an possit revocari per concedentem, et quid in feudo guardia, vel castaldia, ibidem.—honor, et terra, in quo differant, n. 3 et 4 per text. ibi, l. 2 t. 26 part. 4.—potest dari aliquando sine determinatione certi servitii, aliquando verò cum ea; quod non est in honoribus, n. 4 ibi.—francum quod dicatur, et quare sic cognominetur, et elia plura de eo, vide ibidem in n. 5.—Et qui sunt ejus effectus, ibidem in fin.—Et an vassallus cum feudum

francum recepit, teneatur ad ea, quæ continentur in juramento fidelitatis, vel an in totum liber sit suscipiens in omnibus, ibidem.—Et an vassallus, qui promissit certum servitium extraneum à natura feudi, illud adimplere teneatur, ibidem in n. 6.—Feudum à quibus personis dari possit, et quid hodie, n. 1 l. 3 tit. 26 part. 4.—debet dari, de rebus propriis dantis, et quid si res illa evincatur, n. 2 dict. l. 3.—si ab ecclesia detur, an illud possit procedere in rebus solitis infeudari, vel in non solitis; et an in tale infeudatione vel reinfeudatione debeant jures solemnitates intervenire, quæ in alienatione intervenire solent, n. 4 in princ. l. 3 t. 26 part. 4.—Et quando solus Prælati facere possit, et quid si reinfeudatio fiat in descendantibus, ibidem.—Feudum non debet concedi descendantibus illius, qui ante illum tenuit, ex duobus causis, dict. n. 4.—Et quantum tempus requiratur ad hoc, scilicet, ut dicatur introducta consuetudo infeudandi, ibidem.—Feudum antiquum an præsumatur, si Prælati et Capitulum in concessione illud faterentur, ibi in fin.—potest cuicumque dari, etiam infanti, vel clerico, et etiam servo, si domino placeat, ibidem in n. 5.—Et quid si sit clericus in Sacris, et an possit servire per substitutum acceptabilem domino, ibidem.—Feudum alterius an possit recipere ille, qui est vassallus unius, et quando, n. 6 dict. l. 3 per text. ibi, tit. 26 part. 4.—ligium quod dicatur, et in quo loco Doctores juris communis de eo mentionem faciant, dict. n. 6.—quando recipitur à vassallo, quæ, et qualiter ab eo jurari debeant, n. 3 l. 4 per text. ibi, tit. 26 p. 4.—Et an tale juramentum fieri possit per procuratorem, ibi.—Et an ex conventionem juramentum istud remitti possit, et quid si postea per errorem juret, dict. n. 3 dict. l. 4.—Et an quando in concessione feudi sunt limitata servitia, an debeat recipiens specialiter jurare de eis implendis, ibi n. 4.—Et an quando ista servitia sic limitata sunt, an tunc fidelitas jurari debeat, dict. n. 4 tit. 26 part. 4.—Feudum non constituitur sine investitura, neque dicitur rectum, neque transmittetur etiam ad filios masculos, ibi n. 5.—Et an in concessione verbalis investitura præcedere debeat reali, et an debeat juramento fidelitatis præcedere, dict. n. 5.—Et per investituram annuli transfertur quasi possessio; et quid si investitura fiat in absentia rei, an transferatur possessio, vel quid, ibidem in n. 6.—Feudum potest dari ad certum servitium, et an tunc teneatur vassallus ad illum servitium ultra expressum, n. 1 l. 3 ibi.—conditionatum quod dicatur, dict. n. 1 dict. l. 3.—Et quid si infeudans consuevit infeudationibus certum servitium imponere, et in una infeudatione illud omittat, an pro expresso habeatur, ibidem.—Feudum rectum et simplex, quod dicatur, n. 2 dict. l. 3 ibi.—semper præsumitur concessum secundum propriam naturam feudi, nisi ejus alteratio probetur, ibidem.—Feudi proprietatem amittit dominus, si non sit vassallis suis fidelis et legalis, n. 6 dict. l. 5 tit. 26 part. 4.—Et an filia admittantur ad feudi successionem, vel filii masculi ex ea, n. 1 et 2 l. 6 per text. ibi, tit. 26 part. 4.—Feudum æqualiter pertinet ad omnes filios masculos, an pater possit assignare feudum uni ex filiis suis, ibi n. 3.—Et

an tunc succedant nepotes ex filio præmortuo, simul cum aliis filiis, sicut in bonis alodialibus, dict. n. 5.—Feudum simpliciter acceptum intelligitur pro filiis hæredibus, et quando filius in feudo patris succedat, licet non sit ejus hæres, ibidem in n. 4.—si ad plures hæredes pertineat, an omnes ad fidelitatem teneantur; et quid si ex divisionis hæreditatis ad unum tantum pertineat, n. 5 l. 6 tit. 26 part. 4.—an revertatur ad dominum propter culpam unius ex vassallis, ut quia jurare non vult, vel simile, ibidem.—an transeat in alios descendentes ultra nepotes, quando alium cautum non est, n. 7 dict. l. 9 per text. ibi.—Feudorum jura non semper à legibus Partitarum sequuntur indistinctè, dict. n. 7 dict. l. 6 tit. 26 part. 4.—Feudum, et an filius mutus, cæcus, vel aliter imperfectus, in eo succedere possit, et quando, n. 8 ibi cum sequentibus.—Et quid si feudum illum per substitutum impleri possit, vel quid si habeat fratrem habilem ad hoc, ibidem.—Et quid si in totum non sit imperfectus, sed aliquantulum, ibi.—Et an idem sit in feudo novo, ibidem.—Feudum si sit magnum, an ex eo feudatarius sustentari debeat, licet impedimentum superveniat per quod impediatur deservire, dict. n. 8 et 10 ibidem.—Et an amentes in feudo succedant, vel illi, qui generare non possunt, n. 9 dict. l. 6 tit. 26 part. 6.—Feudum an amittat quis ingrediendo Religionem, licet infra annum exeat, n. 11 ibi.—et an in eo clericus succedere possit; et quid si feudatarius fiat clericus, an amittat feudum, ibi n. 12.—cum dignitate marchia vel alia alicui concessum, an ad hæredes ejus transire possit, si simul cum territorio datum fuit, ibidem in n. 13.—Et an ascendentes feudatarii in feudo succedere possint, et quando, n. 1 l. 7 per text. ibi, tit. 26 part. 4.—Feudum an ad fratres vel ad collaterales feudatarii transeat, et quando non, n. 2 dict. l. 7 per text. ibi.—amittit vassallus ex pluribus causis, et an ex delatione, et accusatione tantum, si crimen non probet, n. 1 et 2 cum sequent. l. 8 ibidem.—an amittat vassallus, si secreta domini sui relevaret, vel patrociniū adversario domini dederit vel manum contra illum elevaverit, licet non percutiat, vel per alium percuti fecit, ibi n. 4 et 10 per illum text.—Et quid si vassallus nollit pro eo pecuniam solvere, pro qua ipse dominus erat incarceratus, an feudo privari possit, ibid. in n. 12.—Feudum an possit tolli à vassallo per dominum suum, quando vassallus filium, vel nepotem, vel fratrem sui domini interfecit, n. 1 l. 9 per text. ibi, tit. 26 part. 4.—Et an idem sit si vassallus proditoriè occidat aliquem extraneum, vel fratrem vassalli, ibidem.—Et quid si cum uxore volente vel invita, vel cum sponsa, vel concubina concubuerit, an per hoc feudo privari possit, sive ipsa vidua sit, vel non, n. 2 dict. l. 9.—Feudum an amittat vassallus, si fuerit leno, et consentiat, ut alius cum uxore domini commisceatur, ibi n. 4.—an amittat vassallus, si curavit, concubere cum matre, vel sorore sui domini in domo domini sui manente, in dict. n. 4.—quod habet vassallus vendere non potest, n. 1 l. 10 per text. ibi, tit. 26 part. 4, ubi plura de hoc congesta sunt.—Et an in rebus feudalibus habeat locum transactio, n. 1 q. 45